fragmentarium

mitit. Cum hec dixisset
ihc. turbatus ē sp̄u ꝥ pro
testatus ē ꝥ dixit. Am̄ am̄
dico uobis. quia unus ex
uobis tradet me. Aspicie
bant ergo ad inuicem dis
cipuli. hesitantes de quo
diceret. Erat ergo recumbens
unus ex discipulis eius
in sinu ihu. quē dilige
bat ihc. Innuit ergo huic
Symon petrus. ꝥ dicit ei.
Quis ē de quo dicit? Itaq̄
cū recubuisset ille supra
pectus ihu. dicit ei. Dn̄e
quis ē? Respondit ihc.
Ille ē. cui intinctū panem
porrexero. Et cum intinxis
set panem. dedit iude sy
monis scariothis. Et post
buccellam. tunc introiuit
in illum sathanas. Et di
cit ei ihc. Quod facis fac
citius. hoc autem nemo

...dixerit ei. Quidā eni
putabant quia loculos ha
bebat iudas. quia dicit ei
ihc. eme ea que opus sunt
nobis ad diem festum. aut
egenis ut aliquid daret. Cū
ergo accepisset ille bucellā.
exiuit continuo. Erat autē
nox. Cum ergo exisset. dicit
ihc. Nunc clarificatus est
filius hominis. ꝥ ds̄ clarifi
catus ē in eo. Si ds̄ clarificat̄
ē in eo. ꝥ ds̄ clarificabit eū
in semetipso. Et continuo
clarificauit eū. Filioli. ad
huc modicū uobiscū sum.
Queretis me. ꝥ sicut dixi
iudeis quo ego uado uos
non potestis uenire. ꝥ uob
dico modo. Mandatum
nouum do uobis. ut dili
gatis inuicem sicut dilexi
uos. ut ꝥ uos inuicem di
ligatis. In hoc cognoscent

License: public_domain – Brugge, Bisschoppelijk Archief Brugge, C516, 1, fol. [1]v – Bible
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-lfsg/10670/77593)